

Otho<sup>a</sup> Dei gratia Romanorum rex<sup>b</sup> et<sup>b</sup> semper<sup>c</sup> augustus, dilecto<sup>d</sup> avunculo suo<sup>e</sup> J. f. illustri<sup>g</sup> regi Anglie, salutem et<sup>h</sup> debite dilectionis affectum<sup>h</sup>. Ex innate<sup>i</sup> dilectionis affectu<sup>i</sup>, quo<sup>k</sup> vobis astringimur, de honore vestro<sup>l</sup> tanquam de honore<sup>m</sup> nostro<sup>n</sup> proprio<sup>n</sup> cogimur esse solliciti, et ea<sup>o</sup> discretionem<sup>p</sup> vestram monere, que vobis non dubitamus salubriter convenire. Cum igitur non sit sapientia<sup>q</sup>, non consilium<sup>r</sup>, non potestas<sup>r</sup> contra dominum<sup>70</sup>, ne<sup>s</sup> contra<sup>s</sup> stimulum calcitrantes<sup>t</sup> gravamen ire Dei et divine voluntati repugnantium<sup>u</sup> dampna<sup>v</sup> solita<sup>v</sup> incurratis, omni<sup>x</sup> affectu, quo possumus<sup>x</sup>, vestram rogamus dilectionem, quatinus cum venerabili<sup>y</sup> Cantuariensi archiepiscopo et sancte Romane ecclesie cardinali, saluti vestre, ut credimus, devotissimo<sup>z</sup>, cum<sup>a</sup> coepiscopis<sup>b</sup> eius<sup>c</sup>, necnon<sup>d</sup> monachis ecclesie Cantuariensis, cum ceteris viris ecclesiasticis regni<sup>e</sup> vestri, ad honorem Dei<sup>e</sup> et<sup>f</sup> ecclesie pacem<sup>g</sup> quamtotius<sup>g</sup> reformare<sup>h</sup> studeatis. Hoc vos precamur affectuose, hoc ad observationem honoris vestri<sup>i</sup> consulimus, ne mora, quod absit, vos trahat in periculum et vestro honori regio nichil indei deperire timeatis, si ea, que Dei sunt, Deo restituatis et ea<sup>k</sup>, que minus discrete sunt<sup>l</sup> acta<sup>l</sup>, emendetis. Nam eo potius vobis<sup>m</sup> et salus et honor<sup>m</sup> augebitur, quo magis<sup>n</sup> vos<sup>o</sup> humiliaveritis illi, per quem reges regnant et qui regna pro<sup>p</sup> sua<sup>q</sup> voluntate<sup>q</sup> transmutat.

a) Otho AB, O. D. b-b) Imperator AB. c-c) fehlt A. d) dilectissimo BD. e) fehlt D. f) Johanni B. g) fehlt A. h-h) fehlt B. i) mutue A, humate B. j) fehlt C, affectum D. k) que B, qua C. l) nostro B. m) fehlt ABD. n-n) ipso D. o) fehlt BD. p) dilectionem A. q) folgt cum BD. r-r) sit consilium, cum non sit potestas BD; prudentia, non potentia, non consilium A. s-s) fehlt D. t) calcitrantis B. u) repugnantes A. v-v) solita dampna D. x-x) omni quo possumus affectu D. y) viro venerabili S. (Stephano B.) Dei gratia ABD. z) devotissime D. a) folgt eo et A. b) episcopis suis suffraganeis A, episcopis B. c) suis D. d) folgt et ABD. e-e) ad honorem regni nostri D. f) folgt sancte A. g-g) quantotius pacem A, quam citius pacem B. h) reformari C. i) folgt vobis BD. j) unquam BD. k) fehlt ABD. l-l) acta sunt A. m-m) salus et honor A, et honor vobis et salus B, et honor vobis salus D. n) maius C. o) folgt in omnibus BD. p) fehlt D. q-q) voluntate sua B.

<sup>70)</sup> Vgl. Prov. 21, 30.